ETYMOLOGICVM
TEVTONICÆ LINGVÆ:
SIVE
DICTIONARIVM
TEVTONICO-LATINVM,
PRÆCIPVAS TEVTONICÆ
LINGVÆ DICTIONES ET PHRASES
LATINE INTERPRETATAS
ET CVM ALIIS NONNVLLIS LINGVIS
OBITER COLLATAS COMPLECTENS:

STVDIO ET OPERA
CORNELII KILIANI DVFFLÆI.

OPVS GERMANIS TAM SVPERIORIBVS
QVAM INFERIORIBVS, GALLIS, ANGLIS
SIVE ANGLOSAXONIBVS, ITALIS, HISPANIS,
ET ALIIS LECTV PERVTILE.

CVRANTE
GERARDO HASSELTO ARNHEMIENSI.
QVI ET SVAS ADNOTATIONES ADIECIT.

TOM. I.

TRAIECTI BATAVORVM
APVD ROELANDVM DE MEYERE.
MDCCLXXVII.

GVLIELMO. V
PRINCIPI. EXOPTATISSIMO
BONARVM. ARTIVM
FAVTORI. OPT. MAX.
CVI. ET. PER. QVEM. GENTI. BATAVAE
PROSPERA. OMNIA. ET. DIGNA
SECVLO. SVO. CONTINGANT:
S. V.
GERARDVS. HASSELTVS.

NOBILIBVS ET MAGNIFICIS

CONSVLIBVS

SENATVI POPVLOQ. ANTVERPIENSI

CORNELIVS KILIANVS DVFFLÆVS

HOC LINGVÆ TEVTONICÆ

ETYMOLOGICVM

SVI IN PATRIO SERMONE EXCOLENDO

STVDII, ITEMQVE

SINGVLARIS ERGA EOS AFFECTVS

TESTANDI CAVSSA

M. L. DEDICAT CONSECRATQVE.

CORNELIVS KILIANVS
DVFFLÆVS

Candido Lectori S. D. P.

CVM AB hinc annos aliquot Christophorus Plantinus Dictionarium Teutonico-latinum typis edere decreuisset, me id temporis, vt pro mei ingenij modulo aliquid in patriæ linguæ ornatum ac splendorem meditarer atque tentarem, instigauit. Cogitanti autem mihi & deliberanti qua potissimum ratione viro optimè de me merito gratificari, de patrio sermone bene mereri, & multorum studiis consulere possem: operæ pretium tandem visum est, Teutonicas siue Teudiscas dictiones, quibus Germania inferior præcipuè nunc vtitur, aut olim vsa est, in ordinem alphabeticum redigere, Latina interpretatione adiuncta, idque via maximè compendiosa, satis tamen, ni fallor, moderata: ne obscuritatem breuitas, nauseam prolixitas studiosis moueat.

Voces itaque Brabantis in primis vsitatas; plurimas insuper Flandris, Selandis, Hollandis, Frisijs, & Sicambris (Gheldris nempe, Cliuiis & Iuliacis,) Saxonibus quoque & Alamanis siue Germanis superioribus vsitatissimas, nobis autem nunc minus tritas; imò quasdam ferè incognitas; ex vnaquaque lingua (vt non Brabantiæ solùm, sed & aliis Germaniæ, præcipuè inferioris, regionibus, noster hic labor vsui esse posset) studiosè collegi ac digessi: & singulis; cuiuscunque prosapiæ; suam interpretationem Latinam, synonymis largè copioseque ex probatissimorum auctorum messe depromptis, attribui: dictiones autem parum Latinas & barbaras, tanquam *vulgo* vsitatas, annotaui.

Com-

CORNELIUS KILIANUS seu *C. van Kiel*, seu *C. Kiel*, uti in titulo versionis PHIL. COMINÆI audit, DUFFLAEUM se vocavit a *Duffela* patria sua. quæ est Brabantiæ inter Mechliniam & Liram municipium. Viri hujus post FRANC. SWEERTIUM in J. F. FOPPENS Bibl. Belg. T. I. p. 210. & BAYLEUM, etiam meminerunt N. H. GUNDLING in Hist. der Gel. T. I. f. 509 C. G. JOECHER in Comp. Gelehrt. Lex. & auctor Diction. Hist. Port. (Paris 1764. 8) T. III. sed quos, cum non ex aliis fontibus sua hausisse videantur, adire non attinet. Constat vero ex prioribus auctorem nostrum improbi laboris & industriæ laude quinquaginta annis Plantinianæ typographiæ Correctorem egisse, dignissimumque esse, qui inter cæteros *Christophori Plantini* Correctores, viros insigniter doctos, (vid. ANT. TEISSIER Elog. des Homm Sçav. Part. II. p. 116.) *Vict. Giselinum*, *Theod. Pulmannum*, *Ant. Gesdalium*, *Franc Harduinum*, *Franc Raphelengium*, *Margaretæ Plantini* filiæ maritum, enumeretur: neque SWEERTIUM (vid. BAYLE) aut quisquis fuerit, saltem eundem, qui epitaphium *Plantinianum* composuit, in adulationem lapsum fuisse, a quo auctori nostro Antverpiæ in Basilicæ Marianæ coemiterio, cum tali inscriptione monumentum fieri curatum fuit.

D. O.

Communem Brabantici ſermonis dialectum, & orthographiam typographis maximè tritam, ſedulò obſeruaui, neque temerè quicquam mutaui.

Dicti-

D. O. M.
CORNELIO KILIANO *Duffleo*,
Conſtantis laboris
Et
Perennis induſtriæ laude
Ornato & amato Viro.
L. *annis Plantin. Typographiæ*
Correctorem geſſit,
Quam fideliter, peritè, doctè,
Ipſos rogate libros, elegantiâ, nitore
Fama æternæ artis primos.
Nec ſemper alienos tractavit,
Cum & ſuos reliquerit,
Latina oratione diſertus, verſificatu
Felix, Patriam quoque Eloquentiam
Excoluit, cultumque ejus
Et proprietatem revocavit.
Obiit ætate operibusque gravis,
M. D. C. VII. *ipſo Paſchatis feſto.*

In Dict. Hiſt. Portat. obiiſſe dicitur anno 1609, at omnino mentis peregrinatione, aut errore typographico. Præter Etymologicum vero hoc laudantur etiam in linguam Flandricam verſa ab eo LUD. GUICCIARDINI Deſcriptio Belgii, PHILIPPI COMINÆI Memorialia, quorum Epitomen tantum dederat SLEIDANUS: (vid. D. V. HOOGSTR. & J. L. SCHUER Gr. W. B. v. *Comines.*) & MACARII Homiliæ; præter Latina quædam epigrammata ſparſim edita, inter quæ eſt Apologia pro correctoribus contra auctores apud non unum exſtans: item Venationes Ferarum, avium, & piſcium a JOANNE STRADANO depictæ, & PHIL. GALLÆO æri inciſæ: & Icones illuſtrium fœminarum novi veteriſque Teſtamenti, & Prophetarum omnium veteris Teſtamenti, verſibus illuſtratæ Etymologicum vero inter optima præcipuaque ejus opera cenſendum eſt: meritoque J. G. ECCARD in Hiſt. Stud. Etym Cap. XI. p. 111. *Eximium* id *Belgarum omnium theſaurum* nuncupavit, cui quoque auctor *vir in hoc eruditionis genere acutum cernens* audit, adi Cap. IV. p. 46. Ad manus etiam ſunt *Verweri*, *Hilaridis*, *Pauſii*, *Cattenburgii*, *Struvii*, *Schookii*, *Riemeri* aliorumque alia undiquaque corraſa encomia, ſed quæ proferre nec placet, neque opus erit, cum maximi linguæ noſtræ architecti ſe ſine eo cæcutire aut a via errare lubenter agnoſcant, conf. B. HUYDEC. ad M. STOKE D. II. bl. 584. & cui, etſi parco hominum eruditorum laudatori, *de verſtandige Kiliaen* audit D. I. bl. 166. &, quæ jam A. KLUYTIUS dedit, *de naarſtige:* in de Pr. v. T. en D. bl. 557. *de eenige fakkel daar wy onze kaarſſen tegenwoordig aan moeten ontſteeken.* bl. 277. & jam LAMB. TEN KATE opus illud illius *een woordenboek, dat zolerugt en by alle Geleerden geprezen is:* D. I. bl. 161. ſq. *een allerkeurlykſt woordenboek.* conf. omnino A. KLUYT in de N. Bydr. D. I. bl. 293 295. quique ſummo ideo jure aſſerit, *dat de lof van onzen waardigen Kiliaan, hoe zeer ook van de onkundigen gelaakt, niet genoeg kan*

wor-

AD LECTOREM.

Dictiones compositas; vt rudioribus & in Teutonica lingua minus exercitatis cognitu inventuque faciliores esse queant; ordine continuo collocatas diastole siue distinctione designaui. Deriuatiua quoque suis primitiuis apta conuenientique serie subieci.

Ety-

worden uitgemeten, *en by alle kundigen op hoogen prys staat.* Hujus itaque libri, cum optimæ editiones, scilicet ai. 1599. & 1623. & 1632. Ultrajectinæ, quarum posteriorem LUD. POTTERUS GROENINGENSIS, Rector olim Scholæ Alcmarianæ (vid. VRIEMOET. Ath. Fris. p 103.) adornavit, & præsertim prior, quam ipse auctor correxit, ideoque his præferenda est, a plurimis frustra quærantur, & vulgo nonnisi *Kilianus*, ut vocatur, *auctus*, sed revera, prioribus operarum mendis novo errorum cumulo adauctis, deformatus & pessime corruptus juventutis manibus obtrudatur, (Conf. JUNII Dedic. WILLERAM.) non prorsus inutilem a me operam susceptum iri, spem foveo, si hanc ad optimam illam auctoris editionem, *onverandert*, *onvermeerdert*, *onvermindert*, uti KLUYTIUS recte præcepit, (add. JOH. CLAUBERGII Ars Etym. Teuton. p. 57.) iterum typis descriptam, in dias luminis auras prodire, curaverim. Quantum enim vel ipsa POTTERI editio ab hac differat, unicuique eam inspicienti facile patebit, ut & vetustiores annorum 1588. & 1598. editiones (Conf. de N. Bydr. D. II. bl. 519.) quamvis & eas auctor exhibuerit, sed tamen pluribus mendis scatentes, neque ita suis numeris absolutas, cum hæ tantum præcipuas Teutonicæ linguæ dictiones Latine redditas, at cum nullis pene aliis linguis collatas, complectantur, atque in iis auctor vocabulorum origines vix ac nevix quidem indaget, *fusius*, ut scribit in Præf. ed. ai 1588., *& copiosius in Etymologico Teutonicæ linguæ easdem & plures alias Deo Opt. Max. favente enucleaturus:* & quam præfationem ideo his verbis absolvit. *Vale, candide Lector, & his, donec Etymologicum dictionibus etymologiisque copiosissimum suppeditetur, vtere, ac fruere*, & quapropter non *Etymologicum*, sed *Dictionarium* duntaxat *Teutonicæ linguæ* audit: quod memorare non opus esset, nisi temere JOH. V. D. WATER, viro ceteroquin accuratissimo in de Voorr. v. 't Utr. Pl. B. e calamo effluxisset. — *Een woordenboek van Kilianus*, hoe oudet hoe beter *kan hier toe behulpzaem zyn.* — Utantur itaque illi, ut mea faciam P. SCRIVERII verba in de Voorr. v. D. HEINS. Ned. Poëm bl. 4 & sqq. hoc vocabulario, & notis meis qualibuscunque, *die doorgaans de Romeinen ende somtyds de Grieken, soo veel toegeven, dat zy hare manieren, spraken, schriften leeren; ende daer in soo veel tydt besteden ende toebrengen, dat zy nieuwers vremdelingen en syn dan in haer vaderlandt; nieuwers en doolen, en stameren belacchelicker syn dan daer zy geboren syn; geen talen min en kennen, en leeren, en verstaen, dan die haer de nature ende hare ouders geleert hebben.* At, pro Dei atque hominum fidem!

Wat isser menich mensch gezint op vreemde Landen,
En zoekt men weet niet wat omtrent de vreemde stranden:
Die noch met stillen geest niet eens en heeft bedagt,
Wat uit zyn eygen hof kan worden voorgebragt.
Wat isser menich mensch geneygt te liggen maelen,
Op eenigh selsaem woordt in onbekende taelen;
Die nimmer onderzoekt, en noyt en overleyt
Hoe geestigh Neerlandt singt, hoe destig Neerlandt zeyt.

* *

Etymologias siue origines si non omnes veras, saltem verisimiles, multis vocabulis obiter addidi: quæ si philoglotto nimis curiosè scrutanti, longiùs, rationeque minus exacta, petitæ videbuntur; is ne Varronis quidem, Isidori, aliorumque veterum coniecturas omnibus probari sciat. Scribit Varro, *Obscura multa esse: quod neque omnis impositio verborum exstat, quod vetustas quædam deleuit: nec quæ exstat, sine mendo omnis imposita: nec quæ rectè est imposita, certa manet: neque omnis origo est nostræ linguæ è vernaculis verbis: & multa verba aliud nunc ostendunt, aliud antè significabant*, &c. Et Isidorus: *Omnis rei inspectio, etymologiâ cognitâ, planior est. Non autem omnia nomina à veteribus secundùm naturam imposita sunt, sed quædam & secundum placitum. Hinc est quòd omnium nominum etymologiæ non reperiuntur: quia quædam non secundum qualitatem qua genita sunt, sed iuxta arbitrium humanæ voluntatis vocabula acceperunt. Sunt autem etymologiæ nominum, aut ex causa datæ: aut ex origine, aut ex contrariis: quædam etiam facta sunt ex nominum deriuatione: quædam etiam ex vocibus: multa etiam ex diuersarum gentium sermone vocantur: vnde & origo eorum vix cernitur*, &c. Hæc Varronis & Isidori verba de Latinis, quis Teutonicæ linguæ peritus, de Teutonicis quoque etymis dici posse neget?

Vocabula quàm plurima non tantum cum Germanicis superioribus, Saxonicis, veteribus Anglicis siue Anglo-saxonicis, (quæ cum Germanicis inferioribus siue Teutonicis, licet dialectis nonnihil mutatis, prorsus eadem sunt,) verùm etiam cum Gallicis, Italicis, Hispanicis, Latinis quoque & Græcis, passim, vbi Orthographia, Etymologia, vocis similitudo, aut alia ratio postulare videbatur, contuli: vt mutua linguarum collatione, illustriora fiant, quæ alioqui obscura manerent. Quam quidem opellam linguarum studiosis non parum profuturam, idque expertos facilè ex vsu & fructu iudicaturos, haudquaquam dubito: erit enim ad linguas faciliùs perfectiusque intelligendas & addiscendas apta imprimis & compendiosa isagoge siue introductio: maximè si frequentissimæ per prosthesin, aphæresin; epenthesin, syncopen; paragogen, apocopen; antithesin, metathesin, aliasque metaplasmi species mutandarum & variandarum literarum, syllabarum ac vocum rationes atque consuetudines diligenter obseruentur, iudicioque acri perpendantur. Ingentem autem dictionum Gallicarum, Italicarum & Hispanicarum cateruam cum Germanicis superioribus & inferioribus, cum Saxonicis quoq; & Anglosaxonicis communem esse, historiarum veterum studioso Lectori satis constat: quandoquidem Germani, magna Galliarum parte ipsis tradita à Gothis, in Gallia regnarint; & Franci, veteres Germani dicti fuerint: imò eandem cum Germanis linguam, vt multi asserunt, habuerint: Gothi ex Cimmeriis orti, & lingua inferiori Germanica vsi, Italiam armis subegerint, vastarint atque occuparint: in Hispania quoque vt in Gallia regnarint: & Hispani antiqui Teutonica lingua vsi sint, vt testantur Lucius Marineus, Iornandes, Paulus Orosius, Rodericus Toletanus,

S. IC.

S. Isidorus, Paulus Æmilius, Io. Goropius Becanus, & alij non pauci. Et has quidem linguarum, cum vicinis Gallicis, Italicis, Hispanicis; Latinis quoque & Græcis; collationes cursim annotasse sufficiat. Earundem autem & aliarum propinquiores origines affinitatesque excutere, atque Babylonicum omne chaos perscrutando discutere, cuiuis, in his & aliis linguis exercitato atque versato, liberum esto: ego me intra meos limites; ne sutor vltra crepidam; contineo.

Peregrinarum, absurdarum, adulterinarumque aliquot vocum Appendicem ad calcem libri adiunxi, earum maximè (*) quas primò Pragmatici, & Ra-

(*) Quare adhuc *Stadhuis woorden* audiunt: vid. de Onderzoeker D. III. No. 135. & qui eas jam a tempore Florentii V., pueri adhuc, introduxerunt: adi J. J. WAGEN br. aan J. J. MAURICIUS editam post ejus vitam bl. 124. sq. & quibus, velut apud THOM. LANGSCHNEIDERUM in ULR. HUTTENII Epist. Obsc. vir. p 6. non obstabat, quod nostro *tras*, *trare*, non est in usu, quia fingere poterant nova vocabula, similes quippe, si non stultiores, WAERNARO illi Daventriensi, de quo mira cecinit J. V. D. VEEN in de Zinneb. bl 659 — 669. Sed quid est faciles odisse munditias, & squallorem adpetere, & cibis non tantum vilibus uti, sed tetris & horridis, si hoc non est! Meritoque ideo in eos, sed vano hactenus successu PETR. BURMANNUS Patruus dixit in Orat. haud paupertina profecto in Hum. Stud. p. 44. *Ad eloquentiæ studia, & dicendi scribendique exercitationem vos juris brevissimi candidati excitare nihil attinet: Cum ex hac Academica cavea evolantes, non humanos sonos edere, sed picarum ritu conviciari, aut canina verba latrare; nec sincero sed cum omnium gentium fecibus commixto sermone chartas inquinare promtissime discetis.* add. Misc. Obsc. Nov. V. III. 155. faciuntque huc lepida *Oenes* verba, apud inferos conspicientis

De Notarissen, en Secretarissen, die zulke woorden schryve dieze zelfs qualyk verstaen;
Gelyck: non numeratæ pecuniæ, alternatyf, directlyck, indirectlyk, prolongéren, exheredatie, præjudiciabel, arbitrateurs, donatie causa mortis, & inter vivos. *ik ken 't niet half uitspreken.*
Die zag ik 'er mit Zegel-gaeren, en inktkokers gieselen, en mit pennen en pennemessen deur de huidt steken,
En mit smolte lak, en biedt zandt bedruypen. Ik docht,
Dat is veur dat j'er zoo veul mit jou quaet Duits, en vals Latyn in 't lyen hebt ebrocht.
Wy geledeerde Comparanten, *riepen ze*, protestéren *voor ons en onze* legitime geprocréëerde descendenten, *ja* estiméren *ons* gevilipendeert, *en* provocéren contra *zulk een* sanguinolente sententie, omnes, *die aen ons* dependéren, *zullen voor ons* de rato cavéren, sub expresse renunciatie *van de* beneficien excussionis divisionis & ordinis, item *onze vrouwen*, autentica si qua mulier, *daerom gaet u niet* verabuséren, *om onze* liberteyt *te* confiskéren.
Ik verstaeje niet, zey de duyvel, jy zou Duits spreken, zoo waerje lui mit eeren.

in J. VOS Klucht van Oene bl. 11. quibuscum conferri meretur G. A BREDEROOS Jerolimo. bl 307. & sq. & ejus epistola ad de Amstelredammer Oudekamer den Eglentier in Liefd' Bloeyende bl. 645. 647. & L ROTGANS Boerekerm. B. II. bl. 32. &, sed quæ, quia sordida sunt, silentio premam, les Bigarrures & Touches du Seigneur des Accords. p. 32, 33. at, quæ pul-

cre

Rabulæ forenses; deinde Rhetores rhythmici, nasutuli, scioli; postremò exterorum

ere Vossianum ardorem expiabunt, J. MOORMAN Ged. bl. 284 sqq. Laudabili itaque instituto caverunt Ill. ac Præp Ordines Hollandiæ, ut Bursales Leydenses linguam Batavam a barbaris & peregrinis vocabulis purgarent: vid. quem allegavit Cl. C. H. TROTZ ad LL. Fundam. p 195. Absit tamen longissime, ut eorum sententiam probem, qui talismodi verba, quæ longa consuetudo & usus introduxerunt, & rectius percipimus, si Gallica aut alia lingua proferuntur, quam nostrate, proscribunt, veluti pro *couranten*, *loopmaaren* dantes cum P. C. HOOFDIO in de Br bl. 180. *dubbelen*, pro *copiëren*. in Med. bl. 6. *allebootsmaaker* pro *pantomimo* in TACITO bl. 34. F. *wingewesten* pro *provincien*, uti vulgo, licet etiam pessime, septemplicis Batavorum reipublicæ regiones, nominantur, nam

't is verkeertheyt
En iemand die slegts heeft de minste schoolgeleertheyt
Weet wat dat woord beduyd: met eenen dat ons Land
Is vrygevogten, noyt door wapens overmand.

(v. vervolg v. d. Lat. en Nederd. Keurd. bl. 125) & quomodo Tiberius Imp., quum ἔμβλημα recitaretur, pluribus & per ambitum verborum rem enunciandam voluit. vid apud SUETON. LXXI. *Die zoo styf*, recte enim scribit D. V. HOOGSTR. in de Lyst der Gebr. Zelfst. Naamw. v. *Filosoof*, *op de Duytsheit staen, vervallen tot alle onguurheden, het geen ik minst lyden kan in mannen van geleertheit, die immers wel weten dat 'er geen tael is die niet onderstennt wort van woorden, die uit andere taelen haer worden bygezet.* adde ei de *loontrekkend Raadsman* pro *Pensionaris*, aut *Syndico*. C. W. VONCK voorr. v. A. HUYGEN Besch. v. Doesburg. bl. 60. in not. & THYM. BOEY Voorr. v. de Woorden Tolk. —— porro, ut brevis sim, præter HORATII utilissima præcepta in A. P. adde G. H. AYRER not. ad ANT. BLACKWALL de præst. Classic. Auct. c. 4. JAC. PERIZON in fin. Præf. Hist. Sæc. XVI. OT. ARNTZENII Orat. pro Latina L. p. 26. & J. V. EFFEN Spectator D. I. vert. v. & MOLIERII Femmes Sçav. Act. II. sc. VII. quæ in MALHERBIUM dicta fuisse, ex hujus vita ab J. DE RICHEBOURCQ in ult. verb. & fact. morientium T. I. P. I. p. 194. aut le Diction des Homm. Ill. T. II. p. 478. nemo non adsequetur. Quin ipse denique HOOFDIUS, e quo supra exempla dare placuit, hac in re dubius hæsit, nam *zoo ik vry mag gaan*, ut scribit in epistola ad JAC. WYTS, *met de enkele weersmaak in de hardigheidt der puurduitsche woorden gevonden. De vieze naauwheidt van gewisse in deezen mishaagt my zelven eenigzins, en hebbe somtydts in beraadt gestaan, oft niet beeter waar, den schoot te vieren met spreeken van hoofsch Duitsch.* vid. bl. 326. Sed desinam cum CICERONIS verbis de Orat. L. III. C. XII. *Quum sit quædam certa vox — in qua nihil offendi, nihil displicere, nihil animadverti possit — hanc sequamur: neque solum rusticam asperitatem, sed etiam peregrinam insolentiam fugere discamus.* Quod cum haud sine linguæ (*geachter tale* apud J. V. OUDENHOVE in Zuyt Holl. bl. 517.) cognitione fieri liceat, neque sine ea ullum priorum seculorum instrumentum intelligere, aut ejus ætatem aut natale solum (vide de *Unione Trajectina* de Vad. Hist. D. VII. bl 200. not. & N. BONDT apud P. PAULUM bl. 33. ibique not) dignoscere possimus, sive an probum sit, an a malesferiato & nugivendo impostore conflatum, ut nunc de NICOLAO illo COLINO nemo homo ignorat. (add. etiam le Diction. d'Anecdot. T. I. v. *Chartres.*) aut quibus labiis spurcatum sit, videte omnium artium

rum (*) militum colluuies hac belli intestini, nimis (proh dolor) diuturni tempestate, inuexerunt: vt singulis exactè cognitis, legitimis rectè vti, adulterinis autem non abuti discant purioris linguæ Teutonicæ curiosi.

Nomenclaturam præterea Teutonico-Latinam Regionum, Populorum, Oppidorum, Marium, Sinuum, Paludum, Fluuiorum, Montium, Siluarum, veteres & recentes appellationes complectentem, ex diuersis scriptoribus excerpsi, collegi, & tertiæ huic editioni addidi.

Denique Colophonis loco accesserunt propria quædam hominum, præcipuè Gothorum, Vandalorum, Germanorum, Teutonum, Saxonum, & Anglosaxonum nomina, à viris doctis variè explicata, à me verò vndique conquisita, & in ordinem alphabeticum digesta: è quorum plurimis, continua serie dispositis, conuenienterque interpretatis, multarum dictionum veterum veræ genuinæque significationes & origines elici poterunt.

Breuiter quicquid ad vernaculæ nostræ linguæ cognitionem, Latinam interpretationem, & cùm aliis nonnullis linguis collationem requiri posset, sedulò & compendiariò congessi atque digessi: ita vt nostrum hoc opus nostratibus ad Latinam linguam ex Teutonica; extraneis autem qui Latinè sciunt, ad Teutonicam ex Latina perfectè addiscendam, vsui imprimis futurum sperem.

Vale, candide Lector, & nostro labore vtere ac fruere. Antuerpiæ ex anagnosterio Plantiniano. M. D. XCVIII.

tium atque disciplinarum cultores, & vos præcipue Jurisconsulti! quam necessarium sit ad enodandos tales pluresque alios laqueos, vel ideo solum, ne ad instar miserorum illorum AMMIANI MARCELLINI temporis causarum patronorum, L. XXX. C IV. quis se ridendum propinet, in hanc rem inquirere: add. etiam TROTZ l. l. p. 190. sqq *want dit bedoel ik in de Taalkunde* (dicam cum L. TEN KATE. D. I. bl. 1.) *die buiten dat eene schrale weide is, bequaem om de hersenen mymerend, de lichaemen mager, en zaken tot ydele klanken te maken.* (add. omnino QUINCT. I. IV.) exempla vero ex 't Gron. Genootsch. D. I. bl. 17 - 126. & de Deduct in zake van P. W. Engelbertz, contra C. G. van Welderen (Arnh. 1774.) bl. 20. peti possunt. Atque huic indagini auctoris nostri Etymologicon luculenter satisfacturum esse, spondeo, nemínemque, qui id attente & solerter evolvit, experturum esse, aliquid ab auctore in libri titulo promitti, etsi pro Genio seculi sui non pauca polliceatur, quod haud præstitum fuerit, aut in quod dici possit illud C. F GELLERT in Hanns Nord.

Ein wunderbares Titelblatt
Das den Betrug schon bey sich hat.

(*) Uti *Baselemanesjes* a *bacio le mani*, aliaque infra ex App. Peregr. Dict. passim legenda.

CONRADI GESNERI IN MITHRIDATE, DE LINGVÆ BRABANTICÆ EXCELLENTIA PRAESTANTIAQVE TESTIMONIVM.

BRABANTICA *lingua inter cæteras Belgicas siue inferiores Germanicas circa Rhenum & ad Oceani litora sitarum regionum, elegantior hodie habetur, propter Louanium metropolim, in qua literarum studia florent, & Bruxellas primariam Imperatoris aulam,* [*& Antverpiam, celeberrimum emporium.*]

Frisij quondam planè peculiari, dura, & multum à vicinis distante dialecto vsi sunt, qua contractus omnes & negotia transigere & describere solebant. Hodie autem Occidentales Frisij, in ciuitatibus præcipuè, ad Brabanticum & Hollandicum sermonem proximè accedunt: cum propter Hollandorum negotiatorum commercia, tum quòd Cæsar ibi principatum obtinens in summa eorum Curia Brabantos plerunque constituit: qui sua lingua & ius dicunt, & res controuersas contractusque omnes plebi conscribunt.

IN

IN CORNELII KILIANI

ERVDITI VIRI

ETYMOLOGICON.

Quisquis Belgica amare, Belga, verba
Audes; hunc quoque amare KILIANVM
Aude. qui egregio suo labore
Sermonem tibi patrium propinat
Iam purum nitidumque; qui fuisset
Aut aui aut proaui tui, meique.
Non hîc Galle tuas, tuas Ibere,
Tuas Itale nunc reposce voces:
Nostra hæc fabula, scæna tota nostra est.
Ite exotica verba: KILIANVS
Dat pura & puta Belgica. & quid vltra?
Et pura & puta dat simul Latina.
Duplex gloria. gratia esto duplex,
Et Belga hunc amet, atque amet Latinus.

I. Lipsius ἐσχεδίασε.

Addiderat Lipsius carmini suo comitem hanc epistolam, quam e Cent. III. ad Belg. XXXI. exscribere placet.

J. LIPSIUS
CORNELIO KILIANO S. D.

Etymologicum tuum nuper vidimus affectum & speramus nunc confectum. Industriæ testimonium dare possumus, utinam & præmium labori! Utili labori fatendum est: & qui in publicum plus conferet, quam multorum speciosi, addam & famosi libri. Sed ævum nempe nosti, certe debes in eo jam vetus, & inclinare aut ruinam spectare quidquid hoc est litterarum. Eas tantum? probitas & virtus abeunt ac bella ista & mixti exteri Belgicam, ut sic dicam e Belgica tollunt.

Hoc fonte derivata clades
In patriam populosque fluxit.

Sed quid ista? hoc volebam testimonium tibi reddere, & gratiam spondere, si non isto, meliore & post futuro ævo. Testimonium quidem subscripsi: si non ipsum, animus placebit tui volens. Vale mi Kiliane. Lovanii Kal. Mart. ∞IↃXCVII.

AD

AD DICTIONARIVM
ETYMOLOGICON
Cornelij Kiliani Dufflæi.

QVIS putet in medio nos ſolem ſole latere?
Sol tamen in medio nos quoque ſole latet.
Lux in luce, latex in flumine, in arbore poma,
Sic nos Tantalidas copia ludificat.
Quid magis eſt noſtrum, quam verni idiomatis vſus?
Nos tamen hoc vernum penè idioma fugit
Neſcio an ignaros, pertæſos an mage noſtri,
Semper vt in propriis nauſea rebus ineſt.
Non ita germani vindex ſermonis, & æui
Seu Cicero aut Varro poſthumus ille ſui
Interpres KILIANVS, ab ipſis fontibus omnes
Qui Belgarum vnus rite recludit opes.
DVFFLIA quo tanta modò clarior exit alumno,
Et propè par Grudiis tollit in aſtra caput.
Ille nouum cornu referans CORNELIVS, ille
Diuite inexhauſti gurgitis amne fluens
Indigenas latè latices natiuaque pandit
Flumina, quæſitam prompta leuare ſitim.
Inde domi pleno ſe TEVTO ingurgitet ore:
Nil hîc quod vitio verterit exter habet.
Quin mage Belgarum ſemel ille nouo ebrius hauſtu,
Non alio poſthac fonte madere velit.

Max. Æmylianus de Vriendt
Senatui Gand. à ſecretis.

COR-

CORNELIO KILIANO

LINGVÆ TEVTONICÆ

ASSERTORI,

Epigramma.

Aurea Cecropiæ miramur flumina linguæ;
Miramur linguæ delicias Latiæ:
Dementes: patrij in patriâ sermonis egentes
Lucem in luce, & aquas quærimus inter aquas.
Ergône Belgarum, quæ quondam floruit, ibit
Pessum armis tellus, linguaque barbarie?
Fallor. adest vindex, rediuiua vocabula Belgis
Qui reddat, patriæ restituens patriam.
Te Kiliane dij dederunt: tu fortiter ausus
Perfice: siste, tene iam fugientem aciem
Verborum veterum: quorum pars maxima sparsim
Deposita ab densis nupta erat à tenebris!
Tu siste: & linguæ tu Stator habebere nostræ;
Sic Statorem habuit Romula terra Iouem.

Fr. Raphelengius. FF.

*** IN

IN CORNELII KILIANI
DVFFLÆI ETYMOLOGICVM
BELGICÆ LINGVÆ,

Ad ipsam Belgicam

Carmen.

Belgica iamdudum vario labefacta tumultu
  Ciuilis inter arma belli, viribus
In peius collapsa tuis; ah, perdita tandem
  Sapiscis? an necdum vides miserrima,
Ingens quò veteris cessit tibi gloria famæ,
  Dum mutuis perire gaudes cædibus,
Fortunis inimica tuis? excepta malorum,
  Quæ dira Martis suscitauit factio,
Plus satis. Heu! toto quid restat corpore sanum?
  Vox ipsa fari patrios nescit sonos.
Sæua peregrinas misces in prælia voces,
  Oblita priscum nominis tui decus.
Crede, haud obueniant grauioris signa ruinæ,
  Quàm perdidisse propriæ linguæ sonum.
An nescis? Iudæa potens & Græcia bellis,
  Atque ipsa Roma totius mundi caput,
Imperij ac linguæ simul amisere decorem.
  Damnis alius si sapis, rectè sapis.
En tibi, qui tantæ minuat discrimina cladis,
  Vindex adest Dufflæus; inter cæteros
Sidere quos fausto peperisti Belgica natos,
  Tuam tueri curat ille gloriam.
Vocibus insomnes noctesque diesque legendis
  Transegit, arte seu labore maximus:

Pri-

Priſtina queis rurſum conſtet tibi gratia linguæ,
Nec exterorum ſerua mendices ſonos.
Aſt docto proprios diffundas ore lepores,
Quos hoc libro te Kilianus edocet,
Dignus amore tuo, atque æterno dignus honore:
Etſi hunc ſibi non quærit, at magis tibi.

Balthaſar Moretus I. F.

*** 2 IN-

INDEX
EORVM QVORVM NOMINA
COMPENDIO IN HOC ETYMOLOGICO
appellantur, & quorum opera C. Kilianus vſus fuit.

Abrahamus Ortelius
Adrianus Iunius
Adrianus Turnebus
Alfricus Saxo
Amſterodam. Rhet. Rhyth. Teuton. Colleg.
Andreas Alciatus
Andreas Althamerus
Andreas Velleius
Antonius Nebriſſenſis
Antonius Poſſeuinus.
Baptiſta Fauolius
Beatus Rhenanus
Bonauentura Vulcanius
Burchardus Mangelfeldius
Carolus Bouillus
Carolus Stephanus
Chriſtophorus Vladeraccus
Conradus Geſnerus
Cornelius Kempius
Eckardus de Rebkavv, Speculi Saxonici interpres
Emanuel Sà
Eraſmus Roterodamus
Flaccus Illyricus
Franciſcus Hottomannus
Franciſcus Brugenſis
Franciſcus Phœbus
Gabriel Paleotus
Georgius Agricola
Georgius Coluenerius
Gerardus Mercator Rupelmondanus
Gilbertus Cognatus
Guilielmus Budæus
Guilielmus Durandus
Guilielmus Camdenus
Guilielmus Lambardus
Guilielmus Rondeletius
Henricus Stephanus
Henricus Friſius
Hermannus Comes Nuenarius
Hubertus Thomas Leodius
Iacobus Marchantius
Ioachimus Hopperus
Ioachimus Perionius
Ioannes Auentinus
Ioannes Bocatius
Ioannes Bodinus
Iaonnes Brodeus
Ioannes Claius
Ioannes Cuſtos Brechtanus
Ioannes Friſius
Ioannes Goropius Becanus
Ioannes Heroldus
Ioannes Murmellius
Ioannes Paludanus
Ioannes Rauiſius Textor
Ioannes Tritthemius Spanheimenſis abb.
Iodocus Badius, Aſcenſius
Iodocus VVillichius
Iornandes Epiſcopus Rauennas
Ioſephus Scaliger
Iuſtus Lipſius
Lambertus Lambardus
Lazarus Bayſius
Leuinus Lemnius
Lilius Greg. Gyraldus
Ludouicus Cælius Rhodiginus
Ludouicus Guicciardinus
Ludouicus Viues.
Martinus Iſlebius
Mathias Lobelius
Mathias Schenckius

Mi-

Michael Angelus Blondus
Michael Beuterus
Nathan. Chytræus
Otfridus Monachus S. Galli
Pancratius Castricomius
Paulus Diaconus
Paulus Merula.
Petrus Andreas Matthiolus
Petrus Apherdianus
Petrus Bellonius
Petrus Diuæus
Petrus Hanssius Edammensis
Petrus Nannius
Philippus Malerius
Rembertus Dodoneus
Robertus Constantinus
Robertus Stephanus
Salicæ legis Francorum Scriptor
Sebastianus Munsterus
Simon Pelegromius
Simon Verepæus
Stephanus Pigius
Theodorus Clutius
Thomas Cantipratanus
Thomas Thomasius
Vitus Amerpachius
VVilleramus Abbas
VVolfgangus Hungerus.

HORATIVS IN ARTE POETICA.

Multa renaſcentur quæ iam cecidere; cadentque,
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet vſus,
Quem penes arbitrium eſt, & ius & norma loquendi.

ETYMOLOGICVM
TEVTONICÆ LINGVÆ:
SIVE
DICTIONARIVM
TEVTONICO-LATINVM.

A In compoſitione priuatiua eſt particula, vt Amachtich/ Impotens: awijs/ Amens, ἄνους. &c. Græcis quidem frequens, Latinis verò in hac ſignificatione rara.

A. Articulus olim vſitatus ante ſubſtantiuas voces, cuius loco inoleuit een: *Angl. a. Adr. Iun.*

A B

Abaſt/ alabaſt. Alabaſtrites, onyx, genus marmoris candidi. *Gal. albaſtre: Ital. & Hiſp. alabaſtro: Angl. alabaſter.*

abaſten buſſe. Alabaſter, alabaſtrus, alabaſtrum: vas ex alabaſtrite.

Abberdaen. Aſellus ſalitus. *Gal. abordean: Angl. habberdyne.*

Abd/ abt. Abbas, archimandrita, cœnobiarcha, antiſtes. Abba *Hebraicè vel potiùs Syriacè*, pater *dicitur. Ger. abt: Gal. abbé: Ital. abate: Hiſp. abad: Angl. abot.*

abdije. Abbatia.

abdiſſe. Abbatiſſa, antiſtita, ſacerdos prima, ſacerdos maxima.

† Abe/ abete. Abecedarium, alphabetum, elementa, elementa prima.

abe-berdeken. Tabella abecedaria, tabella alphabetaria.

abe-meeſter. Magiſter pedaneus: qui prima elementa docet: magiſter literarius, literator.

Abeel/ abeel-boom/ alb-boom. Populus alba.

Abel. Habilis, aptus, concinnus, idoneus: & Ingenioſus, artificioſus, ſolers. *Gal. abil, habil: Ital. habile: Hiſp. habil.*

† abelaert. Homo bellus, concinnus.

abelheydt. Habilitas, concinnitas, condecentia, conuenientia, aptitudo: & Artificium, ars, ſcientia, ſolertia.

abelick. Habiliter, aptè, concinnè, idoneè, condecenter: & Artificioſè, ingenioſè, ſolerter.

Abolghe. j. ou-bolghe.

A C

Acht. Octo. *Ger. acht: Ital. otto: Hiſp. ocho: Ang. eyght.*

acht hondert. Octingenti.

acht-mael/ Octies.

acht-thien. Octodecim, duodeviginti.

acht-thiende. Decimus octauus.

achtentigh/ *per proſtheſin* t'achtentigh. Octoginta.

† achtſte. Octauus.

Achte/ achtinghe. Aeſtimatio, exiſtimatio.

achte/ toeſicht. Reſpectus, circumſpectio, obſeruatio, conſideratio, ratio.

achte hebben/ nemen oft ſlaen op eenigh dinck. Videre, curare, procurare, curæ habere rem aliquam: curam rei alicui impendere vel intendere: rationem habere alicuius rei: obſeruare, aduertere, conſpicere rem aliquam: attentum eſſe, animum attendere: cauere, cautionem adhibere.

achte/

Abe/ abete] ab initialibus alphabeti literis, veluti *abecedarium* et *abgatoria* ab α β γ apud CAR. DU FRESNE in Gloſſario.

abelaert] In editione ai 1623. et 1632. eſt abelaert. *Homo habilis.*

achtſte] dicebant olim etiam *achtende*, ut *Fredericus die* achtende *Biſſchop t'Utrecht* in Chr. J. V. D. BEEK apud Cl. ANT. MATTH. Anal. T. III. p. 34. edit. in 4to.

† achte / echte. *Ger. sax. sic.* Sententia Imperialis, proscriptio, deliberatum judicium. annotatio Rei absentis requirendi vt copiam sui præstet intra annum ad se purgandum. In d'achte doen. Annotare, notare exquirendum reum, proscribere, & hostem judicare Romani Imperii.

achte-loos. j. onachtsaem. Negligens.

acht-saem. Obseruans, sollicitus, curam rerum gerens, & Aestimabilis, æstimandus, spectabilis, obseruandus.

† acht-saemheyd. Obseruantia, cura, solicitudo. & Aestimatio, reputatio.

† Achten / schatten. Aestimare, facere, censere, appretiare, pensi esse. pensi habere.

achten. Curare, curam habere.

achten / meynen. Putare, arbitrari, sentire, existimare, opinari, ducere, reputare, judicare.

† achten / in weerden houden. In pretio habere, magnificare.

achten / echten. Proscribere.

achtinghe. j. achte.

acht-baer. Aestimabilis, spectabilis.

acht-baerheydt. Auctoritas, dignitas.

† Achter. Retro, post, pone, à tergo. ten achter zijn. Reliquari.

† Achter straten. Per plateas.

Achter-bande. j. achter-tocht.

Achter-blijven. Remanere, relinqui. & Non venire, abesse, non comparere.

Achter-booghe. j. flaeghel. Suffrago: flexura in posterioribus quadrupedum cruribus.

Achter-darm. j. aers-darm.

† Achter-deel. Incommodum, damnum, fraus, detrimentum, dispendium, nocumentum, iactura, captio, præjudicium: & Obtrectatio, detractio.

ach-

achte -- In d'achte doen] *Woe de Stedingers in Keyserlicke* Acht *gedaen* in EGG. BENINCA Chron. Anal. MATTH. T. IV. p. 112. et sic *sich aus der* Acht *ziehen, proscriptione se eximere* Germanis. vid. T. G. C. EMMINGH. Comm. ad jus Susatense p. 184. et *An de* achte *bidden* in C. OELRICHS Gloss. ad Stat. Brem. V. adde quos allegat G. A. STRUVIUS in Diss. Crimin. XVI. p. 232. 247. at præ ceteris D. V. HOOGSTRAT. Lijst, ibique virum eximium ADR. KLUIT.

acht-saemheyd] *Reputatio* desideratur in editione ai 1623. et 1632.

achten / schatten] *appretiare, pensi esse*, omissa sunt in citt. editt.

achten / in weerden houden] addidit LUD. POTTERUS in citt. editt. *magni facere, magni ducere*: sed cum hæc sufficiant ad probandum, quantum a KILIANO a posterioribus editoribus recessum fuerit, ulterius hac in re procedere non lubet, cum cæteroquin quæ omnino emendanda erant, veluti operarum errores, prorsus neglexerint: nam cum in optima editione pro *armsvachtel* typothetæ incuria legeretur *armwachtel* et hoc quoque posteriores, et earum etiam præstantissimæ ai 1623. et 1632 retinuerunt: sic ad *triip-buyck*, *Venter collatinus* optima et utraque memorata habet editio pro *collativus*: quæ posterior insuper pluribus utraque scatet erroribus, uti ad V. *booren* vide *boot* pro *boor*, *duo prossi* pro *duo grossi*, ad *bras-penninck*, in ed. ai 1632. in utraque vero *dier-hoopigh* pro *dier-koopigh*, et etiam difficilioribus, uti ad V. *dorst*, *durst*, legitur *dicitur etiam droft et druft* pro quo perperam LUD. POTTERO *dicitur etiam* dorst *et* durst: sic *hessigh-waeghen*, *hesselick* data sunt pro *hessigh-waeghen*, *hesselick*, *heude*, *bode*, pro *heude*, *hode*, *heghde*, *hoghe*, pro *heughe*, *hoghe*, *on-ghe-opent*, pro *on-ghe-lopet* multaque alia: ab hoc vero *achten* venit *Eerachtig*, id est, *honore dignus* in de Priv. v. Dordr. D. I. bl. 25. ibique Ampl. P. H. V. D. WALL not.

Achter *post*] ut achter *dien dagh* pro quo nunc na *dien dag* in 't Landr v. Veluw. *die en sal* achter dien dage *nummermeer in Veluwen weder mogen komnen*, Cap. III. Art. 1. et achter *de doot of het afscheiden des Superintendents* apud ISAC. LE LONG Oorspr. der Nederlandsche Kerk bl. 18.

achter-straten] *drillen* achter *straat* sæpius apud J. CATS me legere memini, et etiam est *weder te keren* achter *al onse lant*, hoc est, *per totam regionem nostram* in FR. V. MIERIS Ch. B. D. I. bl. 386. Col. 1. et 384. Col. 2. D. II. bl. 45. Col. 1. et *varen* achter *lande* in M. STOKE Rymkron. D. II. bl. 20. ubi vid. B. HUYDEC. et me infra ad *Walm*.

Achter-deel] *strecken solde tot præjudicie*, achterdeel / *ofte infractie* in C. DUMB. Anal. T. II. p. 360. Quæ verba etiam sunt in alia charta in de Handv. v. Oudew. bl. 360. *hinder schade en* achterdeel in veteri instrumento apud K. V. ALKEMADE edito in Jonker Fransen Oorlog, bl. 333.

achter-deel van yemanden segghen. Detrahere alicui.
achter-deel yemanden doen. Damno vel detrimento esse alicui, præjudicare alicui.
achter-deelich. Incommodus, damnosus.
Achter-dencken. Futura meditari, habere rationem futuri. Suspicari, diffidere.
Achter-denckigh. Scrupulosus, anxius, sollicitus: & Suspiciosus.
achter-denckinghe. Suspicio, scrupulus, sollicitudo, futuri meditatio.
Achter-deure. Posticum, postica, pseudothyrum.
Achter-docht/ *Holl.* j. achterdenckinge.
Achter-een. j. achter-volghens.
Achter-eynde van 't schip. Puppis.
Achter-eer-gh-steren. Nudiusquartus.
Achter-ganchs. *Fland.* Consequenter.
Achter-gherende. Postilena.
Achter-ghetuygh. Postilena.
Achter-haelen. Assequi, consequi, adipisci. & Deprehendere.
Achter-haem. Postilena.
Achter-hoede. *vet. Fland.* Subsidium, tertia acies, postrema acies. *Gal. arriere garde.*
Achter-hals. j. neck. Ceruix.
Achter-hooft. Occiput, occipitium.
Achter-houden. Detinere, remorari.
Achter-huys. Vltimæ ædes, ædes posteriores.
Achter-jaer. Anni postrema pars.
achter-jaerigh/ achter-jaerschs. Cornus, serotinus.
Achter-kasteel van 't schip. Puppis.
Achter-klap. Obtrectatio, detractio, diffamatio, morsus clancularius.
achter-klappen. Obtrectare, detrahere, diffamare, mordere clanculum, dictis absentum rodere famam.
achter-klapper. Obtrectator, detractor, delator, sycophanta.
Achter-kop. Occiput.
Achter-kroppier. Postilena.
† Achter-laeten. Omittere, prætermittere, relinquere.
Achter-leen. Prædium subclientelare, subclientela.
† Achtermaeye. j. nae-weyde.
Achter-maendagh/ *vet.* j. dingst-dach.
Achter-malcanderen. j. achtervolgens. Consequenter, continuè.
Achter-nae. Tandem, postremò, demum.
achter-nae volghen. Ponè subire, subsequi.
Achter-noen. Post prandium, à meridie: tempus pomeridianum.
achter-noen eten. Sumere merendam. Het achter-noen eten. Antecœnium, merenda.
Achter-ouer-morghen. Ab hinc dies quartus.
Achter-pand. Lacinia posterior vestimenti.
achter-pand van de koetse. Extrema sponda.
Achter-poorte. Posticum.
Achter raed. Posterius consilium.
Achter-reyuel. Postilena.
Achter-riem. Postilena.
Achter-rugghe. *metaphor.* Subsidium, refugium.
† Achter-sprake. j. achter-klap.
Achter-stel. j. hinder. Remora.
achter-stel. Reliqua, reliquatio, reliquum non solutum.
achter-stellen. Postponere. & Remorari, impedire.
Achter-steue. Puppis.
Achter-styl. Postis.
Achter-taele. *Holl.* j. achter-klap.
Achter-tanden. j. koeck-tanden.
Achter-tocht. Acies postrema, acies tertia. Vragi, tergiductores, *Just. Lips.*
Achter-volgh. Continuatio, continua series, consequentia, successio.
achter-volghen. Consequi, continuare, succedere.
achter-volgens. Consequenter, continuè, deinceps, ex ordine, sine intermissione.
† Achter-waeren. Conseruare, reseruare, custodi-

bl. 333. et *sonder yemans* achterdeel jam in CHR. PLANTINI Thesauro Theut. Ling. pro eo vero est quoque *achter-wese*, ut *schade*, *verlies ende* afterwesen in FR. V. MIERIS Ch. B. D. IIII. bl. 94. Col. 1.
Achter-laeten] videri potest C. OELRICKS in v. *Achter.*
Achter-maeye] in PLANTINI Thes. est Achter-made *vide Etgroen.*
Achter-sprake] in Ms. Cod. meo in 12mo cui titulus est *Horarium* vocabulum legitur: *Bewaert mij ore dat ſi niet en hore na* achtersprake: et ibi sæpissime: sed videndus etiam C. G. HALTAUS in Gloss. Germ. Medii ævi v. *Aftersprache.*
Achter-waeren] *En dede 't kint wel* achterwaren/ in M. STOKE, B. IV. vs. 65. ubi plura exempl-

custodire. Achter-waeren de craembrouwe. Curare puerperam.
achter-waerder. Conseruator, curator, custos.
achter-waerster. Curatrix puerperæ.
achter-waerts. Retrorsum, retrorsus.
achter-waerts gaen. Retrogredi, gradum referre, cessim ire, recessim ire, in tergum retrocedere.
achter-waerts houden. Supprimere, premere, detinere, retinere.
achter-waerts leeren. Dediscere.
achter-waerts wassen. Decrescere.
achter-waerts wijcken. Repedare, pedem referre.
Achter-wijn. Vinacea, orum.
Achter-wt-slaen. Calcitrare, recalcitrare.
achter-wt-slaende. Calcitro, calcitrosus.
achter-wt-vaeren. Postico discedere. j. vant-keroete spelen.
Achterheyd. j. achterstel. Reliquatio.
Achterste. Posterior, postremus.
Eck / eck. Pus, sanies.
Eckel / eckel. *Germ. Sax. Sicamb.* j. walghe. Nausea, fastidium.
Eckelen. *vetus* j. schroomen. Horrere.
ackelick. *vetus* Horribilis.
Acker. Ager, aruum. ackerken. Agellus.
ackeren. Arare, exarare.
acker-baer. Arabilis.
acker-bedde. j. bedde. Porca.
acker-bouw. j. land-winninghe.
ackerman. j. land-man.
acker-mist. Lætamen, fimus.
acker-schaede. Calamitas.
† acker-sieck. *vetus Fland.* j. veld-sieck.
acker-trappe. j. trap-gans.
acker-voore. Lira, sulcus.
acker-werck. Agricultura.
Ackse / axe. j. aeckse. Ascia.

A D

Adebaer. j. oyevaer. Ciconia.
Adder. Vipera, excetra. *Ger. nater: Angl. adder.*
Adebe. *vet.* j. pekel. Salsugo, muria.
Adel. j. edel. Nobilis. & Nobilitas.
adel-borst. Miles generosus, egregius, primarius.
adel-broeder. *vet.* Adelphus.
adeler. *Ger. sax.* j. arent. Aquila, aquila nobilis.
Adem / aessem. Anhelitus, spiritus, halitus, flatus, anima. ἀτμὸς i. vapor, exhalatio: ἀτμὴ spiratio.
adem-ader. j. pols-ader.
adem-borstigh. Asthmaticus, anhelator.
adem-gat. Spiramen, spiraculum.
adem-kele. Trachea.
adem-loos. Halitus siue spiritus expers.
adem-tocht. Respiratio, spiraculum.
adem-tonghesken. Epiglottis.

ademen/

pla peti possunt ab HUYDEC. uti vero auctori nostro est achter-waeren de craembrouwe/ PLANTINUS tantum vertit achter-waeren. *Garder femme en couche, curare puerperam.*

acker-sieck] *van de* Ackersiecken vid. apud J. A. KNOBBAERT ad Jus Civ. Gandens. p. 331. *Deeze ziekte* (ut recte habet L. MEYER in de Woordensch. bl. 542.) *Schijnt zo genaemt te zijn om dat de genen, die daar mée gequelt waren, buiten de steeden, op de akkers, van de andre menschen afgescheiden moesten woonen*, eaque probant verba ex de Ordonnantie van den Melatenhuys t'Amersf. apud A. V. BEMMEL, D. I. bl. 324. *Ende en sullen geene-sieken-nog die Huysvader op geene stoepen mogen gaan sitten, noch voer hoer dooren ofte Herbergen blyven staan, en verthoone* et *langes der straeten gaen, sonder hemluyden onder de Gemeente te mengen — ende ook geene uyt- ofte ingank hebben dan alleen inne- ende uyt die Camppoert*, et bl. 327. *verbiedende by desen alle Burgeren, Inwoonderen, ende bysundere den Herbergiers, mitten voirsz. Syecken van Lazarye te converseren*, cæt. et in *de beschr.* v. Delft bl. 470. *Niemant der elendigen, in dit huis woonende, vermogt zonder de bewilliging des meesters in de Stad te koomen, en wanneer hun dat al eens wierd toegestaan, moesten zy volgens de Ordonnantie gaan met Vliegers, op dat mense kennen mogt voor gezonde luyden, want sy uyt de luyden geset zyn* et hæc etiam ratio est, cur *als sy haer water maecken uytten volcke te gaen*, cogerentur. vid. 't Repert. v. Plac. bl. 23. et addi possunt J. WAGENAER in de Beschr. v. Amst. ed. in 8vo St. VIII. bl. 445. sqq. vir eruditus in not. ad. VELIUM bl. 63. E. V. ZURCK Cod. bl. 642. 643 et hinc infra *wt-settigh.*

ademen / aessemen. Spirare, halare.
Ader. j. adder. Vipera, excetra.
Adere. Vena, arteria. aderken. Fibra.
ader-laeten. j. laeten.
Adere. j. aere. Spica.
Adick / hadick. Ebulus, pumila sambucus, chamæacte. *Ger. attich.*

A E

Aecke / naecke. *Ger. Sicamb.* Cymba.
Aecker. j. aker. Ahenum.
Aecker. *Holl.* j. eeckel. Glans. *Angl. acorne.*
aecker-boom. *Holl.* j. eeckel-boom. Quercus. *Ang. oketree.*
aeckerigh. *vet.* Querceus, quernus.
Aeckse / timmer-bijle. Ascia, dolabra. ἀξίνη. *Germ. axt: Gal. hache: Hisp. hacha: Ang. axe.*
† Aech-steen. j. haeck-steen. Succinum.
Aeckster. *Holl.* j. exter. Pica.
† Aessch. Auersus, inuersus, præposterus, contrarius.
aessche hand. Manus inuersa.
aesschelick. Præposterè, absurdè.
Aeghe. *Fris.* j. ooghe. Insula.
Aenssel. *Fland.* j. unster / unsel.
† Ael / eel. *Angl.* Ceruisia mustea.
† Ael. *Germ. Sax.* j. aelsene / elsene. Subula. *Ang. ale, aule: Gal. alesne.*
Ael. Anguilla minuta. *Ger. aal: Angl. eale.*
ael-gheer / el-gheer / ael-schere / ael-sperre. Fuscina, tridens, instrumentum dentibus mucronatum quo anguillæ collectæ figuntur & capiuntur.
ael-karre. j. ael-korf. Nassa.
ael-mule. *Sicamb.* j. aelquabbe.
ael-puyt. Mustela piscis.
ael-quabbe. j. lompe. Borbocha.
Ael. Extremus, vltimus.
ael-eynde. Extremus finis, extremitas.
ael-besie / besiken ouer zee. Acinus ribis, acinus vltramarinus.
ael-besie-struyck. Ribes, ribes Arabum.
ael-machtigh. j. amachtigh. Impotens.
ael-weerigh. Impotens animi, impos rationis, incontinens animi, qui appetitus suos vincere non potest: proteruus, petulans, lasciuus, lasciuiens, ineptiens.
ael-witte / ael-wete. Mulier insipiens, inscia, ignaua, inepta.
ael-wittigh / ael-wetigh. Insanus, insipiens.
Ael-ding / aeldinger / haeling / haeldingh. *Fland.* Hæres.
Aelke. *Sax. Sic.* Graculus, monedula.
Aemis. *Sicamb.* Formica.
† Aelmoesse / aelmisse. Eleemosyna, stips collatitia, pia benignitas: agape, es, agapa, æ. *Ger. almuse: Gal. aulmosne: Ang. almesse.*
Aelmoesse / aelmisse. *Sax. Sicamb. vet.* j. broodtailloor. Orbis, discus, orbus crusti. *Virgil.* quadra patula. *Virgil.* orbis mensarius, mensa. *Virgil. Est autem proprie* orbis cerealis, *siue* mensa panitia, quæ prandio & cœna absolutis, pauperibus eleemosynæ loco dari solet à ditioribus.

ael-

Aech-steen] ab *haecken* quia illi res leves adhærent, non ab *Ach elementum aquæ* notante, quod WACHTERO placet in Gloss. v. *Ach* et *Agstein.*

Aessch] ab *aes* pro *af ab.* Unde etiam compositum videtur vocabulum frisicum *aeswird gladium nuptialem* denotans vid. SIBR. SICCAMA ad LL. Frisic. p. 100. *wird* a *weeren* pro *defendere, arcere* -- *aessch* cæterum nondum obsolevit, ut probat proverbium, *'t is een* aessche *treek* apud C. TUINMAN in de Nederd. Spreekw. D. I. bl. 7. cui adde L. MEIJER Woordensch. bl. 538.

Ael *Cervisia*] a Celtico *Ohll* unde etiam *Odini* celebris Germanorum Dei nomen deducunt vid. not. ad d'Algem. Histori D. XVI. bl. 542. 543.

Ael *Subula*] vid. WACHTER Gloss. in *Ahl.*

Ael-moesse *pia benignitas*] h. m. in viri Ampl, G. W. V. OOSTEN DE BRUYN Beschr. van Haarlem, D. I. bl. 92. *was de Edel Heer van Brederoeden een milde* Aelmis *geever, want hy gaf te Haerlem tot die Heren van Sinte Johans een Kelck, die van fynen goude was*, et etiam in FR. V. MIERIS Ch. B. D. I. bl. 328. Col. 1. *welcke Landen sijn gegeven geweest* -- *met allen regten* -- *tot een* aelmisse addi potest bl. 336. Col. 1. nunc tantum pro *Stips* usurpatur -- notemus vero in priori loco Orthographiam *τῆ Brederoeden*, confirmantem quippe magni HENRICI CANNEGIETERI hujus vocis denominationem *ab amplitudine novalium*, h. e., *silvarum* vid. ad H. HARII Tristia in Præf. p. 111. *breed* enim recte pro *amplitudine* sumsit nam et h. m. hodie dicimus *hy heeft het niet breed, est res angusta domi.*

aelmoessenier. Præfectus eleemosynis, collector & distributor eleemosynarum, sacræ vel piæ stipis erogator: *vulgo* eleemosynarius.
Aelsene. j. elsene. Subula.
Aembeld/ aemboord/ *&c.* j. aenbeld/ aenboord/ *&c.*
Aen. Ad. *&* Apud.
Aen-ademen/ aen-aessemen. Adspirare, adhalare.
Aen-baerren. j. aen-boorden. Appellere.
Aen-bassen. Allatrare.
Aen-beld. *vet.* Effigies.
† aen-beld. Incus, acmon.
aen-beldt-stock. Acmotheton: lignum in quo firmatur incus.
Aen-be-steden. j. besteden. Locare opus faciendum.
Aen-bergh. Cliuus.
Aen-bidden. Adorare.
Aen-bieden. Offerre.
Aen-bijt. *vet.* Esca.
aen-bijt. j. in-bijt. Ientaculum.
aen-bijten. Admordere.
aen-bijten/ inbijten. Ientare.
Aenbilckt. *Fland.* Incus.
Aen-binden. Alligare.
Aen-blasen. Afflare, adspirare.
Aen-blick. *vet.* Aspectus, intuitus.
aen-blicken. *vet.* Aspicere.
Aen-bold. *Sax. Fris. Sic.* j. aen-beld. Incus.
† Aen-boord/ aemboord. *Zeland.* j. calengieringhe/ naerderschap.
aen-boord trecken/ ont-aen-boorden. *Zeland.* j. calengieren/ bernaerderen. Retrahere emptionem iure proximitatis.
Aen-boorden. *Holl.* Appellere.
aen-boordinghe. Appulsus, appulsio..
Aen-branden. Adurere.
Aen-brenghen. Adferre, deferre, referre: *&* Deferre, indicare, nunciare, accusare.
aen-brenghen. Delator, index: *&* Accusator, quadruplator.

Aendacht. Meditatio, memoria, recordatio, attentio, diligentia, studium: *&* Religio, deuotio *apud Eccles.*
aen-dachtich. Attentus, intentus, memor: *&* Religiosus, deuotus *vulgo apud Eccles.*
aen-dachtighlick. Attentè, intentè: *&* Religiosè, deuotè.
Aen-deel. Rata portio: *&* Sors, sortitio in diuisione bonorum.
Aen-dienen. Administrare.
Aen-doen. Addere, admouere.
aen-doen/ cleeden. Induere, vestire.
aen-doen. Afficere. Iemanden eere aendoen. Afficere aliquem honore, honorem alicui impendere. Pijne aen-doen. Afficere dolore.
Aen-draeghen. Adferre, apportare.
aen-draeghen/ aen-bieden. Offerre.
aen-draeghen. Arrogare, assumere, attribuere, vendicare. Ick draghe my dat aen. Id mihi assumo, adscribo, vendico, ad me attinere volo.
Aen-drijven. Impellere, appellere, adigere, incitare.
Aen-drucken. Apprimere.
Aen-een. Simul, vnà, coniunctim.
aen-een hanghen. Cohærere.
aen-een pappen oft lijmen. Conglutinare.
Aen-eynden. Confinem esse, conterminum esse.
aen-eyndinghe. Confinium.
† Aengaen. Adire, aggredi, attingere, inire, incipere.
aen-gaen/ voort-gaen. Progredi.
aen-gaen. Subire, suscipere negotium, munus, onus. Aen-gaen een verbond. Inire fœdus.
aen-gaen. Attinere, pertinere. Het gaet u aen. Ad te attinet, tua interest, tua refert, tuum est, tua res agitur.
aen-gaende den vader. Circa patrem, quoad patrem.

aen-

aen-beld *incus*] nunc aen-beeld/ sed cum a *belten* quod *ferire, tundere, pulsare* denotavit, deducendum sit, ut credibile est, vid. J. G. ECCARD. ad LL. Salic. p. 46. rectius *aen-beld* scribitur.

